

**Thronus honoris in
gloriosam memoriam
conjugum. Amplissimi
consultissimique...**

Flachsenius, Jacobus Henrici,

1 Ic 1692 Litzen, Nicolaus



National Library
of Sweden

THRONUS HONORIS

8
201

In
Gloriosam Memoriam

47

Conjugum.

Amplissimi Consultisimique

ADSESSORIS REGII

NICOLAI *Gierzens*

Tum.

Ornatissima Matronarum

MARGARETHÆ

ERENSONS

CAROLI FILIÆ

Pariterque Filii charissimi

Dn. NICOLAI N. *ERENSONS*

Judicis territorialis in territorio Savolaxensi
spectatissimi & prudentissimi

Inscriptus

Illorum tumulo

Reverentia debita

Ab

ACADEMIÆ ABOENSIS

PROFESSORIBUS. &c.

Excusus à JOHANNE Winter/ Reg. Typgr.

Anno 1692.



Flachmann

47

In Funere

Quondam

Amplissimi & Consultissimi Domini,

Dn. NICOLAI LITZEN

Hactenus Regii judicii, quod in Magno Ducatu Finlandiæ est,
Assessoris gravissimi, nunc in cœlis beatissimi;

Qui una cum

Castissima conjuge

Fœmina Commendatissima

MARGARETA KRENBOM Car. Fil.

Ut et

Filio quondam dilectissimo

Speçtatiss. & Prudentiss.

Dn. NICOLAO LITZEN

Judice, dum viveret, territoriali laudatissimo;
in Templo Cathedrali Aboensi, præsentè frequentissimâ homi-
num Concione dormitorio suo inferebatur:



Terris abiens **LITZEN**/ novus incola cœli

Factus, nunc lata sorte beatus ovat.

Jura dabat populis dum vixerat, ipse minister

Sacratae Themidos justitiamque tenens.

Æternis igitur mandat præconia fastis

Fama manens terris; cantat uterque polus

Sinceros mores; lugent sed morte subactum.

Aboici cives; Sarmata longa trabunt

Cognati celebres, memorant encomia mæstis

Vocibus ast Musæ grandia facta viri,

Cessent sed lacrimæ, sancti nam moenia cœli,

Nunc habitat **LITZEN**/candidus atque micat,

Cœtibus angelicis immixtus cœlica carpit

Gaudia cum sanctis non peritura magis.

*Hiscè V. RI JUSTI memoriam perennare
voluit occupatissimus licet*

JACOB. FLACHSENIUS

S.S. Th. D. Prof. Prim. & Acad. Ab. p. t. RECT.

In

Obitum Beatum,

Viri rerum Scientiâ, Legumque Patriarum &
Exoticarum peritiâ, ac Usu Vario
Negotiorum,

Pranobilis & verè Amplissimi,

Dn. NICOLAI A. PZETZENS/

Regii in Magno Finlandiæ Ducatu Aboënsis Dicafterii
quondam Adfessoris famigeratissimi, per continuam
laborum molem Senis jam Emeriti,

SILVA OPHNHTIKH.



*Tristata pulla diu tristis spectarat Abôa,
Funeris exsequias obeuntibus usque propinquis
Cum planctu & lacrimis, uxores quando maritos
Extulerant, sive uxores ipsique mariti,
Seu nati caros tumularant quando parentes,
Sive pater materque suam tumalare coacti
Prolem, quam præcox merfit Libitina sepulcro.
Nunc letho dederant verùm Parca triferoces,
Ecce senem Patrem, Matrem quoque, denique Natum,
Tres illos unâ exsequiis condunt ut iisdem,
Atque unis pariter faciunt requiescere tumbis.
Hæc lex fatorum dira est, post crimina primi
Adæ, qui sanctus, lethi expers atque creatus,
Induxit sibi mortem toti & posteritati,
Contemerans mandata Dei, legem paradisi
Transgressus; pœnæq; reos sic fecerat omnes.
Sorti igitur fragili, nemo hæc non imputat, unâ*

A 2

Quod

Quod Pater & Mater, cum caro denique Nato,
Funeris exsequiis elati unà requiescunt.
Verùm hic ipse senex; similem cui rarior aetas
Viderat, aut charitum donis doctæque Minerva,
Aut usu rerum, vel acumine juris & equi,
Sollicitâ & Themidos curâ, pariterque clientum,
Historia aut veterum populorum; sive novorum
Notitiâ, aut vel iudicii quoque dexteritate;
Pluribus inde sui desiderium refricabit,
Quorum in pectoribus memor est & grata superstes
Virtutum affectusque Viri, promptique favoris,
Pro merito dignè inspecto, veneratio sera.
At quia jam supero letatur in axe beatus,
Alipedes inter sanctos, ac ante tribunal
Caeleste exultatque Dei, celebratque per avum
Ipse Deum cum Calitibus; Nobis ea fata
Et viventibus in mundo, post denique mortem,
Defuncto huic socii ut degamus in arce supernâ,
Caelitus optantes devotâ mente precemur!

Scriptit

PETRUS LAURBECCHIUS,
S. S. Th. D. & Professor
Ordinarius.

Epita.

EPITAPHIUM.

Sta, Viator.

Paucis, Te, Volo.

Effertur, Ecce, Funus, Viri, Dum, Viveret, Vere Viri.

Amplissimi Inquam, Consultissimique.

NICOLAI ŁJECZEŃ.

Consulis, Primarii, Primum, Hujus, Urbis.

Deinde.

Suppremi, Dicasterii, Magni, Ducatus,

Finlandiæ, Adsectoris, Longe.

Gravissimi, Meritissimi.

Cujus, In, Fronte, Liberaliter, Ingenua.

Ingenuitatem, In, Corpore,

Magno, Magnitudinem, Animi, Singularem, Solers, Natura, Expinxerat.

In, Vultu, In, Verbis, In, Moribus, Asseverata, Gratiarum,

Fides, Deprehensa,

Nemini, Ad, Dubitandum, Nemini, Ad, Suspiscandum, VEL.

Ingenii, Quicquam, Vel, Loci,

Reliquit,

Vel,

Verba Dedit, Aut, Vendidit.

Sed, Uti, Decet, Bonum, Virum.

Et, Iustitiæ, Sacerdotem.

Iuste, Vivendo, Alterum, Non, Ladendo.

Unicuique, Suum, Tribuendo, Vitam.

Transegit.

Quid, Mirum, Proinde.

Ejus, Mores, Fuisse, Omnium, Amores,

Sed, Tamen, Maxime,

Proborum?

Ipsē

Ipsē. Verō. Æternitatis. Quam. Seculi.
Cœli. Quam. Soli. Amantior
Terrena. Hęc. Reliquit. Ac, Vivere. Desiit. Ut. Inciperet.
Æternisque. Nunc. Ut. Iustitię. Sacerdos. Recreatur. Præmiis.
Ab. Eo. Et. In. EO. Qui. Est. Iustitia. Nostra.
Tu. Verō. Viator. Luge.
Non. Mortalitati. Sed. Mortalibus.
Ereptum.

Et.

Si. Te. Qui. Malus. Es. Scintilla. Aliqua. Aut.
Invidię. Aut. Malitię. Urat. Adhuc.
Suffoca. Et. Parce. Sepulto.

Qui. Supra. Humanam. Sortem. Nunc.
Locatus. Et. Finem. Adeptus. Gloriam.
Spernit. Convicia.

Qvin. Potius.

Ne. Videaris. Humanitatis. Prorsus.
Immemor.

Cum. Omnibus. Bonis. Quos. Virtutis. Continet. Exemplar.
Laurea. Interea. Et. Cypressō. Donato. Tumulum.
Et. Extremam. Clamato.

VALE.

MATTHIAS SVEDERUS.

Lu



uctiferas quisnam poterit mortes nu-
merare?

Parca Triplex parcit nec Juveni aut
Senibus.

Funus iamque triplex sistunt nunc ferrea fata.

Gnati de interitu qui officio celebris,
Et Pater ac Genitrix dum congemuere do-
lenter,

En! jacet hicce Parens, altera mox se-
quitur.

Quos tremulo pressitque gradu queribunda
senectus.

Inde Astræa dolet, nonne chorus The-
midos?

Sanguine junctorum cur Saucia pectora tan-
gam?

Vulneris inflicti certa medela Deus!

*Condolentia ergò festinantèr
Scripsit*

ELIAS T. L. L. M. D. S.
Med. Doct. & Prof.

In

Ad tumulum *triplici* funere una hora coronatum,
Sc. PATRIS, MATRIS & FILII,
De Republica & re domestica optimè meritorum:



Accine nos *linquis Themidos* præclare sacerdos
Finnonici *Assessor* suspiciende soli,
Siccine qui meritis toti clarissimus orbi
Irradias, mortis pergis abire viam!
Est iter hoc durum, telis succumbere fati,
Sed reor id levius redditur inde tibi,
Urpote qui gnatum dulci cum Conjuge Matre &
Sis comites nactus; *svavis* amoris opes,
Hem! LITZENA satis virtutum floribus ante
Sanctarum fuerat splendida nonne domus?
Dum Pater & Mater generosa prole parentes
Pignore cum thalami, jam viguere suo?
Ast ubi totuplici quassatam funere cernis
Everfam, quis fit qui reparare valet?
Jure igitur lacrymas generorum turba nepotum &
Effundant largas, sic cecidisse suos.
Jure gemat pariter sacrum Regisque tribunal
Collegam clarum sic abiisse suum,
Iure dolent etiam quos urbs habet inclyta Cives
Consulis excessum, Curia tota simul.
Pectoris at mœsti cessent suspiria, quando
Novimus in cœlis has residere animas,

*Hac paucis contestandi doloris
& supremi officii ergo subito accinebat*

JOHANNES FLACHSENIUS.

Ita aeternitas decrevit.

Ut hoc

PAR CONJUGUM

NICOLAUS L J E T S E N /
MARGARETHA K E N B O H M /

Comitante Filio

NICOLAO L J E T S E N /

Uno die, una hora: una urna

Concluderet.

Nati sunt in Christo, ut denascantur nunquam;

Sustinebant Personam, in scena humana;

Ut decet;

PATREM, Judicio magnum!

MATREM obsequio gloriosum!

GNATUM imitorem talium

Virtutum!

Scilicet,

Donum Dei est singulare;

Nasce bene educari recte, mori pie.

Punctum, meta, mensura,

MORTALIUM,

Quem

Ternarium numerum

Nunc impleverunt

PARENS! GENETRIX! FILIUS!

Actus in publico; actiones in privato,

Conservat rerum Fama.

Nomina, tanta memoria digna,

Confidera.

Cordate Viator!

Ut

Istas virtutes

Fideli cogitatione

possis ruminando imitari

Erexit

DANIEL ACHRELIUS.

B

Su-



Ortales, raro, mortis, sub pectore versant
Imperium; puber juvenis, quem fecerat aetas
Jam firmata virum, tardus gravitate senili,
Equè formidant mortem; quam languida vita
Est ignota illis, quia tempora, in acta futura,
Nostra, & conatus cunctos differre solemus;
Tot prater nostras edes gemebunda videmus
Funera, cottidiè duci; Sed non meditatur
Fatalem legem Parcarum; commoda verum
Et questum rebus de mundanis reputamus
Esse bonam partem nostram, summamque salutem.
In procinctu animus, stet nec trepidare, necesse
Est quod, persistat, nunquam non opperiat
Incertum dubiumque quod est duram Libitinam.
Sicut qui in navi sunt, vel dormire parati
vel vigilare, tamen velis ventisque vehuntur;
Sic nos cum sensu sine sensu, littora adimus.
Ergo emendemus vitam, cœlestia mente
Volvamus, patriam tellurem corde petamus
Sidereas sedes, cali stellantia tecta.
Ceu, quondam fecit quasitor & arbiter equi;
Integer, insignis NICOLAUS **WITZEL** amare
A cunctis flendus, Virtutis amantibus usque.
Is pietate Deum coluit, Patrie probitate
Preluxit, Regique fidem servavit ad urnam.
Regius Abodia primo dum consul & urbis
Rector erat, lites dubias componere novit,
Judicio cauto, fontes damnavit, & omnes
Criminis expertes salvos ex hoste recepit.
In summa: officii partes, sic egit ut ante
Nemo illum Consul, nec quisquam credo futurus.
Majestas illi, quapropter Regia, Nomen

Ac Adfessoris decus impertire volebat.

Quam solers, quanto cum iudicio quoque Spartam

Hanc ornare erat assuetus, non nescius ullus

Est alius, quam qui rerum discrimina nescit.

Munera plura sibi commissa obiit bene, qua nunc

Non vacat enumerare, sat est quod cognita mundo

Sint. ejus Laudes igitur volitare per orbem,

Non cessent, quamvis languescant lumina morte,

Spiritus aternâ, gaudens, & luce serenâ

In dulces modulos vocem scit flectere, cantans

Cum sanctis Domini, leto se tollere saltu

Gessit & Angelicas voces imitatur, amœnas.

Sed quid præterea, dicam de morte beatâ

Matrona clara? quondam fuit uxor amica,

Quæ, dilecta Adfessoris, fuit ignea gemma:

MARGARIS est etenim CAROLI sic filia dicta:

Quæ dum vixit, erat mulierum festa corona;

Grande Domus decus & splendor, nec non moderatrix,

Cujus paulatim quamvis nunc frigore membra

Solvantur, tumulo, extemplò, gelidoque tegantur,

In cœlis anima est requies, ubi lata triumphat,

Cœcicolas inter plausus & júbila tollit.

Restat ut & dicam paucis de Iudice justo

NICLAO **WITZEL** qui spes erat alma patentum

Præclarorum, cui prima lanuginis anni

Nondum fluxerunt, sed erat florente juventâ.

Judicis exsequitur munus, decidit & aptè

Lites, En! subito crudelibus occubat umbris.

Vita tamen subit radiantia tecta tonantis;

Tempore, lætitiâ blandâ, perfunditur omni,

In memoriam piissimè defunctorum of-

ficiole hæcce pauca deproperabat

SIMON **WITZEL**.

Met. & Log. Profes. Ord.

Super Obitu
VIRI,
Qua Prudentiam Juris & Civilem, qua merita
In Patriam, & Pietatem in DEUM,
Vere Amplissimi,

Dn. NICOLAI JETZEN/
Per multos annos Assessoris in Regio Dicasterio Aboënsi,
simulac Judicis aliquando Territorialis, Consultissimi,
Excellentissimi.

Vita est, quam vulgo mortem,
Mors, quam vitam vocitant.
Ad illam fideles, dum mori videntur, transeunt;
Ad hanc impii, dum vivere:
Illi enim vivendo moriuntur peccato,
Hi moriendo vivunt mundo.
Illi, dum vitam hanc temporalem absolvunt,
Æternam incipiunt:
Hi, dum temporalem claudunt,
utramque amittunt.
Mors ergo piis vita est,
Vita mors impiis.

Sic

Obiisse creditur, sed creditur,
Die XXVI. Novemb. Anni MDCXCI.
NICOLAUS JETZEN/
Primo Consul, inde Dicasterii Assessor,
& Judex Territorialis,
si quisquam alius,
In inconstantia mundi constans,
Iniquitate justus,
cœcitate oculus.
Argum dixeris, aut Aristidem,

Vel

Vel sane utrumque:
Ullum enim prudentia,
Hunc iustitia,
vel æquavit, vel excessit.
Sed qui in cœlo vivit,
(non solo)
Morine potuit Aboæ?
Cujus memoria apud bonos est insepulta,
quî sepultum dixeris?
Aliquid tamen deposuit:
Scilicet
Ut in vita *cuique suum tribuit*,
Ita & in morte:
Animam cœlo reddidit, unde habuit,
Corporis exuvias terræ, cujus erant.
Dolet curia, gaudent Angelorum palatia,
Gemit Dicasterium, psallit cœli palatium,
Luget *Finlandia*, exultat cœlestis *Jerosolyma*.
Ille vero ipse,
Dum terram relinquit, possidet cœlum,
Dum vitæ caducæ renunciat, æternam reportat;
Quæ ex DEO est, & propter DEUM,
Quæ in DEO est, quæ DEI est, quæ DEUS est.


Festin.

ANDREAS WANOCHIUS.

B 5

Præ-

Elegia


 Bimus in lacrymas planctus solvemur in agros,
 Sed labor heroos negligit ille pedes.
 Ergo opus est elegis; elegis opus. Equa dolori
 His nostro fueris, Musa canenda bonis,
 Magna sonaturum vel si videare Thalia
 Velle Tibi, vatem querito mox alium,
 Cui faciles cursus, & grandia verba ministret
 Pronus Apollo, gravem porrigat atque lyram.
 Cura est una mihi Manes deslere beatos;
 Sufficit hoc vobis dicere: **PERIT** fuit.
 Percelebris **PERIT** cunctis virtutis ob artes
 Qui fuit, invidia nunc jacet, ecce, necis.
 Poscimus, hoc raptu lugubria carmina, Musa;
 Ferales oris poscimus atque sonos.
 Quis dabit at meritum verbis aquare decoris?
 Quis dabit & vidua membra levare domus?
 Finnia que trahimus capias suspiria tristis.
 Fallimur? An lepidas ponitis arva genas?
 Quem speciosa Viri non tangat & aurea virtus?
 Dum putat ut semper flore venusta fuit:
 Ut vallo pulchri firmatum pectus honesti;
 Integer utque animus; suavis ut ipsa fides;
 Ut frons obsequii fuco nudata dolosi;
 Svanter ut cordi consona lingua dedit:
 Ut rigor ingenuus, vultus similisque severus
 Illis, quos tulerat Martia Roma viros.
 Ora Catonis erant, divique Numa fuit ardor,
 Cum gravitate pius, cum pietate gravis.
 Atria quae Theomidi sunt consecrata verenda,
 Me miserum! parili non mage luce nitent:

Amisso

*Amisso Domino lamentis undique squalent,
Et nigra facie livida fata timent.
Quam dextro implicitos penetravit acumine nodos,
Assessor, virtus, judiciumque tuum!
Quam justis tribuit cunctis tua legibus æquum
Justitia, exactis commemoranda metris!
Quam tua dexteritas veri fuit ordinis usque
Observans, studiis mensq; resecta bonis!
Pectore quam stabili clausisti munera tanta!
Vite & virtutis terminus unus erat.
Non tua sancta fides doctis superatur Athenis;
Justus Aristides æquior esse nequit.
Quæ rapidi Tybris sonuerunt nomina ripis
Justorum famâ, cedere laude volunt.
Manlius, & genitor cui pignora cæsa Camillus,
Justitia similes, hæc pietate tepent.
Composita non voce feror, nec claudus adolor
Hic Clisophus, Siculus nec Cleo turpis ero.
Lapsantes superat numeros tua candida virtus;
Et mea sunt factis verba minora tuis.
Buccinat Auræicas non fallax fama per oras,
Et decus, & nitidas gutture mentis opes.
Consona sunt pronis verbis hæc omnibus ora;
Nobilis & Pauper, nonne loquuntur idem?
Cuncta movent lacrymas; tristatur Finnia multum,
Hæc diris superat sola medela malis.
Dive Senex meritis statuet que præmia tellus?
Hospitis ingrati ne ferat illa notas.
Sollicito curas nunc istas pectore volvat,
Expiet ut noxam, quam male grata dedit.
Scilicet excelsa virtutes tollet honore,
Quò tua sit terris gloria culta virens.*

Et

Et magis hac duro monumenta perennia saxo
Stabunt, quæis patria vivus in ore sies.
Magnus in his post te spectabere. Postera turba,
Admirans laudes, cum videt ista, leget.
Parva sed ista forent, Te si non spectet Olympus,
Ni tua perpetuum gesta quiete beet.
Est locus in cælis novus hunc cum lumine Phæbus,
Irradiat multo, pulcher ab axe micans,
Estque Dei fulgor, lucebunt lampade cujus,
Ædificata piis mœnia sancta poli,
Urbs ea justorum sublimibus alta columnis
Celsis ac muris undique cincta suis.
Jaspide congeries valli gemmate superbit,
Fundamenta domus gemmea suntque simul.
Chrysolitho junctus Beryllus, tumque Smaragdus,
Infractusque Adamas, cerulus & Cyanus,
Purpureusque Amethystus, Onyx fundamina calant;
Auro sed surgunt atria magna mero.
Bis sex intrantes mittunt ad culmina porte.
Aligeri totidem lumina sancta premunt.
Tutus in hanc aulam translatus, sede beata,
Perfrueris, tanto latior, ipse tori
Unâ quod videas sociam, Gnatumque secutos,
Quæis cum possideas mollia rura, data.
Matronale Decus, specimen venerabile morum,
Das unâ causam luctibus hisce, cadens?
Et sequeris tumbam Fili celebrate Parentum?
Verbera tam dira congeminasque necis.
Imo Dive Senex, felix cum Conjuge casta,
Et Gnato capias gaudia festa diu

Angelico sociate choro, tum sindone Christi
Accincta genti, gaudia summa cole.
Hic dabitur miseris expellere pectore curas;
Hic dabitur sanctis corda levare sonis;
Hic dabitur diras mortis contemnere leges;
Hic dabitur vitæ jura beata sequi:
Hic dabitur mundi technas ridere dolosas;
Innocuos dabitur semper habere dies.
Interea terris cum spargit lumina Titan,
Nomen innociduo vivet honore piuum.
Te **ÆÆÆÆ** lares mæsti, Te templa requirent;
Te Schola, Teque forum, judiciumque canent.
Quilibet & queritur, pellaci crimina mundi
Extorsisse Deo funera clara Viri.
Sic Deus eximium pravo qui demerit ævo,
Nos hujus peragit marmoris ille reos.

Quam

In

Honoris & officii supremi monumentum
ædposuit

D A V I D Q U Æ D /

G

Swad

Hwad är thet tu så yfrigt tigh will möda!
Hwad söker tu medh Swett / bry / konster snöda
At bringa hoop / i denna slippra Wärlid;
I ty dock alt / hwad tu här täncker Winna /
Ej annat är / ehwad tu helst mon finna /
En ydel Glärdh.

Fast Lyckan tigh än skulle mehr beskära
Af wärdzlig Macht / af Höghet / pracht och Ubra /
En någon ann; Fast tu af Orient
Tigh brachte till the dyrest Adle Smycken /
Från Pera - Marck / och Fleere Gyllend stycken
Af Occident,

Ja / fast tu än tigh skulle sammansamla
Med Wäga / Blåga / tusend faldigh Tancka /
Medh Waka stoor och marge forger fleer
All Wisdom / Konst / Förstånd och Klokheets skattar
Ja / alt hwad I sitt Sködt Naturen fattar!
Hwad är thet mehr!

Ach hwad då mehr; En måst dock äntligh röna
At / alt titt Wett / tin Wärdzlig Wisheet sköna
Tigh varit har / Subtiligt Räth och garn;
Tin Mondigheet / tin stoor Macht och Ubra /
Guld / Smycken och hwad Rampn thet helst må bära /
Lell Träck och Skarn.

Äh! om tu will tigh therför rätt besinna
Dch ytterst till the bästa Skatter hinna;
Så gör tin flit / at tu och sidst må Boo.
Der salig Herrn / sig hagnar nu och gläder /
Der han hoos Gudh sin frögde sänger Dwäder
I ewig Roo.

In såsom han medh Wätsheet / Konster / Lära /
Medh högt Förstånd / des Heder / Stånd och Ähra
Har wähl förtient; och lät däck städz der widh
Bthi des Tabl och allan Lefnad lysa /
At honom här ett Jordiskt Taak skull bysa

En lüten Lydh.

Så mon och nu medh Lust och ewigt Nöje
I Himmelsk Frögd medh Engla Roo och Löje
Sigh hugna nu des Dyr och Adla Ståhl.

Ja lef nu säll medh oafslätlich gamman
I Glädie - Lust medh Helgon all tilsamman.

Lef entlig wähl

Den salige Heren til Skyldigh
Aminnelse lemnat Af M. S.

O Tristis rerum facies! quam mortis amarae
Durities, vel jam collacrymanda magis!
Dum sic insolito grassatur acumine falcis
Ancipitis, rapiens cum juvene atque senem,
Nunc viduus mæret, vidua & modò langvida luget,
Vocibus in querulis sikere vixque queunt
Ingentem presso pungentem corde dolorem;
Quod gemitus, nictans ictibus ossa quatit,
Efficitimque genas madido fundente liquore,
Usque pupillus egens tristia fata dolet,
Certè lethalis profluxit acerbior annus,
Hora austera Dei de metuenda manu,
Antiqua cui lege placet, jam mortis agone
Tollere nunc plures, nunc properare vices
Per varias pauco submotam culmine gentem,
Mortis dum invidiam frana lupata tenent,
Iratam lethi rabiem num fortè rimemus?
An subeamus onus sat gravitate premens?

C 2

Sic

Sic est non metuas, quod nullo namque pavore
Evitare vales, deinde feras igitur.
Plurima oberrantis eum prospicis atra feretri
Ferri continuè tu juga, mox celer ad
Devotam fugias mentem, simul & prece multa
Commendes Domiuo flexilitatis iter,
Asperitatem ipse dulci medicamine tollet,
Lethi, per *JEsu* pondera mox meriti,
Ostendit vitam per secula cuncta salutis
Durantem pariter quæ sine fine manet.
Nam pavidis dabitur non ulla corolla triumphi.
Fortiter is cerret, militiamve gerat,
Cui Deus in celsa cinget caput arce corona,
Atque inter Sanctos connumerare volet.
Sustinuit grævus sanctum certamen, ad astra.
Qui tendit felix atque beatus ovat,
Assessor celebris, magnus gravitate perampla,
Judicio exactus, grandis & eloquio,
En **NICOLAUS BEZEN** / Judex æquissimus
Svecia quem fovit, *Finnia* quemq; colit, (olim,
Teutonicis quondam fuit is benè notus in oris,
Dum varium peregrè constituisset iter,
Doctorum valido referans ibi pollice jura;
Ut patriam repetens esset amans Themidis,
Leges & patrias sancto servaret amore,
Distribuens æquè jura petita bonis.
Adjungit comitem sibi conjugis ordine charam,
MARGRETAM CRENBOSM / quæ pietate
Ecce memor fuit infucati svis amoris; (proba,
Defuit haudquaquam nunc properare ad eum,
Quicum complures pacatos vixerat annos,
Ergo eadem teneat tumba resecta duos.

Insuper & gnatum florente propagine natum,
Accipiunt secum vivere qui poterat,
Non ætatis erat satur, ast in flore virescens
Vir Juvenis NICOLAUS SEZZEN/ erat junior;
Mun'ia qui cepit non pridem Judicis æqui,
IS celeri tamen hinc cogitur ire gradu.
Sic non tuta quies fuerit Juvenique senique,
Exemplum specta. vive subinde memor,
Terminus instabit quo non vicinior alter
Instabilis vitæ, vividus, esse para
Extremæque tubæ ad sonitum cum fulgida cunctis
Splendebit subitò lux patefacta piis.

ANDREAS HENRICIUS.

Nenia Regii Dicasterii Aboensis effusa
in tumulum

VIRI Nobilissimi & Amplissimi.

Dn. NICOLAI SEZZEN/ G/
Assessoris hæctenus ibidem garissimi.

Sermate cincta Themis cantum modularè dolentem,
EXequias magno nos decet ire viro,
Sed cur nos toties orbos vis candida virgo,
Cur pateris tantos morte perire viros,
Nos tua progenies, tua nos defendimus arva
Et nostri cultus pars tibi prima venit.
Hoc tibi palladium & subsellia sacra manebunt,
Te venerans coluit nostra Thalia ducem?
Et tamen innocuos cædis regina penates,
Sæpe facit madidas fervida gutta genas.

Sæpius

Sæpius è nostro clarissima sidera cælo
 Labuntur, nubes cuncta dolore tegunt,
 Sæpè latet mæsto gravus sub pectore vulnus,
 Singultus lachryma, luridus atque color.
 Et cecidit subito juris defensor & equi
 Cordatus **ÆZZEM** Vir pietatis amans,
 Occidit & nostrum concussit vulnere pectus,
 Collegas graviter perculit iste dolor.
 Consilium prudens noster desiderat ordo,
 Vixque brevi similem credit adesse virum.
 Syrmate cincta Themis nostros imitare dolores
 Luctibus & sana saucia corda tuis.
 Qui dedit hoc curabit idem quoque vulnus Achilles,
 Hoc alio nullus tollere more potest.
 Diva Themis lachrymas largas absterge cadentes
 Dic, cessent tepido rore madere gena:
LIETZII è terris superam migravit in aulam,
 Luctu nec nostro tangier ille potest.
 Justitie custos, **CAROLI** persæus Achates
ÆZZ fuit in nostro stella corusca polo.
 Angelicas inter cantat nunc júbila turbas
 Justorum Justus sedibus atque suis.
 Sic requie fruitur variis qui fluctibus actus,
 Nuncque soli Judex jura superna tenet.
 Vescitur ambrosiâ, magno mens pressa labore
 Et caput afflictum fulgida sarta gerit.
 Fulget in excelsa via mens ut lampas Olympo,
 Et consors proprii corporis esse cupit.
 Alme Deus nostram facilis sed respice sortem,
 Ut stent ut vigeant juraque Lexque diu!

PROTEST emoot dhe Tre Omilde Gudinnor.

H Vad för ett sålsamt Rådsh månd J Gudinnor sluta
 Dithl Ehr Stränga Rätt / in om Ehr Rådshu Bales

Hvars

Hwars råttas egenfkap är Sorg beblandat. Kallt /
Stal för ert grymma Loof / alting så plöglige lura /

Eh' ryckes Ehr haa loagh / the bästa hädan falla;
Ett Yuckelige Herre Folck i mände lembna qwar /
Men dhem som Dygden Krönt wüd Ahrens lof - Altar
Dhe blindwüjt rwungne blij at Ehr till foota falla.

O Himmel hwillet wee, när Kät så Wärdlöst flitwas
När det som aflar Suck hjär skäl för Ögne - Wähl
Dch hårdt ett Samwek Wärel / ej dyrckas mehr än Prähl
Som är ett Wanfklige Ting / och ej för lagh bör stiftas.

Omilde Atropos, medh twenne Synstrar hårda
Jagh menar Lachelis och Cloto som så wränge
Nu plägen Folck och Land medh forge - Boijor tränge
Mån J ej wela Ehr om sådant låta wärda.

Fultomligh måtte nu / Dianz Huus det grymma
Som landet Taurica in om sitt sköde bar
Dch mången fremmand Gäst till Sträck och Öde war
Sin lågring sunnit här och undt Ehr plat inrymme /

Emedan J som macht Ehr billen in at hafwal
Wthöfwer Wenniskian / i Dagh ej som i Gär
Ehrt Nöije finna må / men sükten mehr i Ah
At richra edert Häff / och sänckia ned till Grafwa

Dhe Kroppar som ha hyst en Siäht medh Sällheek Gåfwor
W. pryd i högsta Grad, hwars Himmel - wärde Art
Wchi ett Dygde - Boo wüd handen gifwer klart
At den wüde öfwergår dhen Wäna Veltz häfwor.

Et Åfwen Morde: Speel hån J eij blygdz är öfwa
Dypå en ÅDEE JXII / hwars Engel. Rena Siäl
Nu niuter hoos sin Gudh ett ewigwarand wähl
Det Rycker gädla liud des lof eij will nedöfwa.

Hwi skulle hon så iust / nu hån ifrån öf wandra
Som war en Dygde. Wäld / hwij tog J icke bort /
Nåån af den sämre Hoop och förde till Ehr Ort /
Hwar billige må medh skähl på slijt en Wärfning klandra!

Jagh derför Eder nu beswär i Åfwunds Öwinnor
Ät i eij mehr som för / föröfwen öfwerdåd /
Wen hämmen edert nijt och Jistefulle Nåd /
Sampe stonen dhem som ä / rått Dygde. Härskarinnor.

JOHANNES FLACHSENIUS

Junior.

